

rint, scimus: & post adventum illius cuius fortitudinis facti sint, conspiciamus.

R. Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentés iussa principum, meruerunt præmia æterna:

P. Modo coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui veniunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò coronantur. Gloria Patri. Modò coronantur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 20. f.

In illo tempore: Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Ex Homilia 26. in Evang. post medium.

Quid fratres charissimi, quid inter hæc animadvertitis? Numquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc deesset, post autem veniens audiret, & audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divinâ dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando rediit, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidatur.

R. Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiæ sanguine suo: Calicem Domini bibērunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem Domini.

Lectio viii.

Sic quippè discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitatione permisit, nec tamen in dubitatione deseruit: sicut ante natiuitatem suam, habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad eius nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans & palpans testis veræ resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrime virginittatis. Palpavit autem, & exclamavit: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti. Cum Paulus Apostolus dicat: Est autem fides sperandam substantia rerum, argumentum non apparentium: profectò loquetur, quia fides illarum rerum argumentum est, quæ apparent non possunt. Quæ etenim apparent, iam fidem non habent, sed agnitionem.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrinâ fulget Ecclesiâ, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem victerunt regna, operati sunt iustitiam, Quorum. Gloria Patri. Quorum.

Lectio ix.

Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippè homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, & Deum confessus est, dicens: Dominus meus, & Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum, quem videre non poterat, exclamavit. Lætificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus: sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etc.

etenim verè credit, qui exercet operando quod credit.

Te Deum laudamus. 13.

Si verò hoc Festum occurrit in Quatuor Temporibus, nona Lectio legitur de Homilia illius Feriæ.

Pro Commemoratione Adventus Añæ. Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos Dominus noster.

Si hoc Festum transferatur, tunc Antiphona Nolite timere, dicitur ad Benedictus, in Dominica, loco Antiphonæ Ave Maria, & in Officio S. Thomæ pro Commemoratione Adventus ponitur Antiphona Feriæ secundæ Dicit Dominus: Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum, alleluia. **V.** Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. **R.** Rectas facite semitas eius.

Oratio ut in Adventu.

FESTA JANUARIi.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. xlvj.

DIE XI. JANUARIi.

S. Hygini Papæ & Mart. fit Commemoratio infra Octavam Epiphaniæ.

Ad Vesperas Añæ. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloriâ & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituiti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Infirmittatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Hygini Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Iustus, ut palma florëbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmittatem, ut suprâ.

DOMINICA II.

Post Epiphaniam.

IN FESTO SS. NOMINIS JESU.

Duplex.

Occurrit Dominica Septagesimæ, reponitur hoc Festum (quoad Officium) in diem xxviii. Januarii tanquam in sedem propriam cum ix. Lectione & Commem. in Laudibus tantum S. Agnetis secundò. (Ita Sac. Rit. Congr. 5 Maii 1736.)

Sed adventum est, quod in fine **V.** **R.** & Antiphonarum, omittendum erit Alleluia. Similiter & in **R.** brevibus Horar. quia erit post Septagesimam.

Quando vero ob Festum SS. Nominis Jesu contingat transferri aliud Officium Duplex ij. clas. inferioris Dignitatis, de eo debet fieri prima die non impedita. (Ita Sac. Rit. Congr. 27. Junii 1736.)

Ad Vesperas Antiphona.

Omnis, qui invocaverit nomen Domini, in sedem erit. Psalmus Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. & loco ultimi, Psalmus Credidi. 103. Añæ. Sanctum, & terribile nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini. Añæ. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo. Añæ. A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini. Añæ. Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Capitulum.

Philip. 2.

Fratres, Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

Hymnus.

Jesu, dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia:
Sed super mel & omnia,

Ejus

Ejus dulcis præsentia.
 Nil cãitur suavius,
 Nil auditus juvenilius,
 Nil cogitatur dulcius,
 Quam Jesus Dei Filius.
 Jesu, spes poenitentibus,
 Quam pius es petentibus!
 Quam bonus te querentibus!
 Sed quid inveniẽtibus?
 Nec lingua valet dicere;
 Nec littera exprimere;
 Expertus potes credere,
 Quid sit Jesum diligere.
 Sis, Jesu, nostrum gaudium,
 Qui es futurus præmium:
 Sit nostra in te glória,
 Per cuncta semper sæcula. Amen.

V. Sit nomen Dõmini benedictum, alleluia. **R.** Ex hoc nunc, & usque in sæculum, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus, alleluia.

Oratio.

Deus, qui Unigénitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, & Jesum vocari jussisti: concède propitijs; ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cœlis. Per eundem Dõminum.

Et fit Commemoratio Dominicæ.

Ad Completorium, & alias Horas diei, in fine Hymnorum dicatur Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Virgine.

Ad Matutinum, Invitorium. Admirabile Nomen Jesu, quod est super omne nomen. *Venite, adorémus. **Psalm.** Venite, exultémus. 2.

Hymnus.

Jesu, Rex admirabilis,
 Et triumphator nobilis,
 Dulcedo ineffabilis,
 Totus desiderabilis:
 Quod cor nostrum visitas,
 Tunc lucet ei veritas,
 Mundi vilèscit vãnitas,

Et intus fervet charitas.
 Jesu, dulcedo cordium,
 Fons vivus, lumen mentium,
 Excédens omne gaudium,
 Et omne desiderium.

Jesum omnes agnoscite,
 Amorem ejus pòscite,
 Jesum ardenter querite,
 Querendo inardescite.

Te nostra, Jesu, vox sonet,
 Nostri te mores expriment,
 Te corda nostra diligant,
 Et nunc, & in perpetuum. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Dõmine Dõminus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra! **Psalmus.** Dõmine Dõminus noster, cum reliq. ut in Officij nostro beate Mariæ. cxxxvij. **Psalmus verò iste incipitur à ij. V.** Quoniam elevata est. **Antiph.** In nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. **Psalmus.** Coeli enarrant. **Antiph.** Confitemini Dõmino, & invocate nomen ejus: mementote, quoniam excelsum est nomen ejus. **Psalmus.** Dõmini est terra. **V.** Propter nomen tuum, Dõmine, propitiaberis peccato meo. **R.** Multum est enim. De Actibus Apostolorum.

Cap. 3.

Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nomam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemòsynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemòsynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi:

hi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu ejus dexteram, allevavit eum, & protinus consolidatae sunt bases ejus, & plantae. Et exiit cum illis, & ambulabat: & intravit cum illis in templum, & exiens, & laudans Deum. **R.** Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum: * Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. **V.** Vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Ipse enim.

R. Benedictum est nomen tuum, Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordia recordaberis, * Et in tempore tribulationis peccata dimittis. **V.** Et benedictum nomen majestatis tue in æternum, qui facis mirabilia solus. Et in.

Lectio ij. Cap. 4.

Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, & seniores, & Scribae in Jerusalem: & Annas presbyter dõtorum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuẽtes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: Si nos hodie judicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in nomine Dõmini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatu est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio alioquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri.

R. Laudabo nomen tuum assidue: * Et collaudabo illum in confessione. **V.** Lætabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime. Et collaudabo. Glória Patri. Et collaudabo.

In secundo Nocturno Antiph.

Mémores erunt nominis tui Dõmine, in omni generatione & generationem. **Psalmus.** Eructavit. **Antiphona.** Magnificatẽ Dõminum mecum, & exaltẽmus nomen ejus in idipsum. **Psalmus.** Deus noviter refugium. **Antiphona.** Omnes gen-

gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Psalmus. Fundamenta ejus. **V.** Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. **R.** Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis. *Serm. 15. super Cantica, circa medium.*

Lectio iv.

Non otiose Spiritus sanctus nomen sponsi oleo comparat, cum ita doceat Sponsam ad Sponsum clamare: Oleum effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, & ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibis, medicina. Vide idem nunc & de sponsi nomine: Lucet predicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit, & ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta & tam subita fidei lux, nisi de predicato nomine Jesu? Nonne in Jesus nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen, dicat merito Paulus: Fuisit aliquando tenebrae, nunc autem lumen lux in Domino?

R. Sperent in te qui novērunt nomen tuum: Quoniam non dereliquisti quērētes te Domine. **V.** Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum. Quoniam non.

Lectio v.

Hoc denique nomen coram regibus, & Gentibus, & filiis Israel portare jussus est idem Apostolus; & portabat nomen tamquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique: Nox praecessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus. Et monstrabat

omnibus lucernam super candelabrum, annuntians in omni loco Jesum, & hunc crucifixum. Quomodo lux ista respēdit, ac perstrinxit cunctōrum intuitum oculis, quando de ore Petri, tamquam fulgur egrediens, claudi unius corporales plantas solidavit & bases, multosque spiritaliter caecos illuminavit? Numquid non ignem sparsit cum ait: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula?

R. Confiteamur nomini tuo magno: Quoniam terribile, & sanctum est. **V.** Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Quoniam.

Lectio vj.

Nec tantum lux est nomen Jesu, sed est & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid aequē mentem cogitantis impinguit? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes rōborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fovet affectiones? Aridus est omnis animae cibus, si non oleo isto infunditur. Insuper est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi leggero ibi Jesum. Si dispites, aut conferas, non sapit mihi, nisi sonerit ibi Jesus. Jesus mel in ore, in aure melos, in corde jubilius. Sed est & medicina. Tristatur aliquis nostrum? Veniat in cor ejus Jesus, & indē saliat in os. Et ecce ad exortum nominis lumen, nihil omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen? currit in super ad laqueum mortis desperando? Nonne, si invocet nomen vitae, confestim respirabit ad vitam?

R. Latentur omnes qui sperant in te, Domine, in aeternum exultabunt, & habitabis in eis: & gloriorumur in te omnes. **V.** Qui diligunt nomen tuum. **V.** Domine in lumine vultus

tui

tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Qui diligunt. Gloria Patri. Qui.

In tercio Nocturno Antiphona.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annuntiate de die in diem salutare ejus. **Psalmus.** Cantate.

Añ. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terrae: justitia plena est dextera tua. **Psal.** Dominus regnavit, exultet. **Añ.** Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. **Psalmus.** Cantate ij. **V.** Afferre Domino gloriam & honorem. **R.** Afferre Domino gloriam nomini ejus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. *Cap. 2. c.*

In illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer: vocatum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

Serm. 1. de Circumcisione.

Magnum & mirabile sacramentum. Circumcidiatur puer, & vocatur Jesus. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nempē magis salvandi quam Salvatoris esse videtur: & Salvatorem circumcidere potius decet, quam circumcidi. Sed agnosce Mediatorem Dei & hominum, qui ab ipso nativitate suae exordio divinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere: sed cui secunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitalis. Pannis involvitur: sed panni ipsi Angelicis laudibus honorantur. Absconditur in praesepio: sed proditur radiante stellae de caelo. Sic & circumcisio veritate suscepta probat humanitatis: & nomen, quod est super omne

nomen, gloriam indicat majestatis. Circumcidiatur tamquam verus Abraham filius, Jesus vocatur tamquam verus Filius Dei.

R. Tribulationem & dolorem invenit, & Et nomen Domini invocavi. **V.** Turris fortissima nomen Domini, in ipso speravi, & adiutus sum. Et nomen. **Benedictio.** Divinum auxilium.

Lectio viij.

Neque enim adinstar primum meus iste Jesus nomen vacuum aut inane portat. Non est in eo magi nominis umbra, sed veritas. Coelitus siquidem inditum nomen Evangelista testatur, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in itero conciperetur. Et attende verbi profunditatem: Postquam natus est Jesus. Jesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem quippe & Angeli Salvator, & hominis; sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturae. Vocatum est, ait, nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo. In ore ergo duorum vel trium quodum stat omne verbum: & ipsum, tēdum in Propheta abbreviatum est, manifestus in Evangelio legitur caro factum.

R. Expectabo nomen tuum Domine: Quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum. **V.** Ut contemmur nomini sancto tuo, & gloriorumur in laude tua. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

Nona Lectio de Dominica ij. post Epiphaniam.

Si vero hoc Festum transferri contingat, nona Lectio erit sequens:

Lectio ix.

Merito sanē, dum circumcidiatur puer, qui natus est nobis, Salvator vocatur: quod videlicet hoc

hoc jam cœperit operâri salûtem nostram, immaculatam illum pro nobis sanguinem fundens. Neque enim jam querere est Christiânis, cur voluerit Dôminus Christus circumcidî. Propter hoc siquidem circumcisus est, propter quod natus, propter quod passus; nihil horum propter se, sed omnia propter electos. Nec in peccato gënitus, nec â peccato circumcisus, nec mortuus est pro peccato suo; magis autem propter delicta nostra. Quod vocatum est, inquit, ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Vocatum planè, non impositum. Nempè hoc ei nomen est ab ætérno. A natura propria habet, ut sit Salvator: innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana vel Angélica creatura.

Te Deum laudâmus. 13.

AD LAUDES,

& per Horas. Antiphona.

O Leum effusum nomen tuum, idè adollescëntulæ dilexerunt te. *Psalmus.* Dôminus regnâvit. cum reliquis de Dominica. Antiphona. Scitote quia Dôminus ipse est Deus, cujus nomen in ætérnum. *Antiph.* Sitiuit ânima mea, ad nomen sanctum tuum Dômine. *Antiphona.* Benedictum nomen glôriæ tuæ, sanctum, & laudabile, & superexaltatum in sæcula. *Antiphona.* Juvènes & virgines, senes cum juniôribus laudate nomen Dômini, quia exaltatum est nomen ejus solius.

Capitulum.

Fratres, Christus humiliâvit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltâvit illum, & donâvit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nômîne Jesu omne genu flectatur.

Philip. 2.

Hymnus.
Jesu, decus Angélicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum:
Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderâre nesciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.
O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis ânimæ!
Te querunt pia lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.

Manè nobiscum Dômine,
Et nos illûstra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.
Jesu, flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nômînis,
Regnum beatitudinis. Amen.

V. Adjutorium nostrum in nômîne Dômini. **R.** Qui fecit cœlum & terram.

Ad Benedictus, Antiphona.

Dedit se ut liberaret pópulum, & acquireret sibi nomen ætérnum, alleluia.

Oratio.

Deus, qui Unigénitum Filium tuum constituisti humani gëneris Salvatorem, & Jesum vocari jussisti: concède propitius; ut cujus sanctum Nomen venerâmur in terris, ejus quoque aspectu perfruâmur in cœlis. Per eundem Dôminum nostrum.

Postea fit Commem. Dominicæ. Si occurrerit aliquod Festum simpliciter, fit commemoratio de eo, hoc loco tantum.

Ad Primam in R. brevi dicitur

V. Qui natus es de Maria Virgine. In R. brevi ad Primam & Completorium non additur Alleluia, sed tantum in aliis Horis.

Ad Tertiam, Antiphona. Scitote.

Ca.

Capitulum. Fratres, Christus humiliâvit, ut supra.

R. breve. Sit nomen Dômini benedictum, * Alleluia, alleluia. Sit nomen. **V.** Ex hoc nunc, & usque in sæculum. Alleluia, alleluia. Glôria Patri. Sit nomen Dômini. **V.** Afferte Dômino glôriam & honorem, alleluia. **R.** Afferte Dômino glôriam nômîni ejus, alleluia.

Ad Sextam, Antiphona.

Sititit.

Capitulum.

Philip. 2.

In nômîne Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dôminus Jesus Christus in glôria est Dei Patris.

R. breve. Afferte Dômino glôriam & honorem, * Alleluia, alleluia. Afferte. **V.** Afferte Dômino glôriam nômîni ejus. Alleluia, alleluia. Glôria Patri. Afferte. **V.** Magnificâte Dôminum mecum, alleluia. **R.** Et exaltémus nomen ejus in idipsum, alleluia.

Ad Nonam, Antiphona.

Juvenes & virgines.

Capitulum.

Coloss. 3. c.

Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nômîne Dômini Jesu Christi facite, grâtiâ agentes Deo & Patri per ipsum.

R. breve. Magnificâte Dôminum mecum, * Alleluia, alleluia. Magnificâte. **V.** Et exaltémus nomen ejus in idipsum. Alleluia, alleluia. Glôria Patri. Magnificâte. **V.** Adjutorium nostrum in nômîne Dômini, alleluia. **R.** Qui fecit cœlum & terram, alleluia.

In secundis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis. 617.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vocâbis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet pópulum suum à peccâtis eorum, alleluia.

Oratio. Deus, qui, ut supra, 622.

Deinde fit Commemoratio Dominica.

DIE XIV. JANUARI.

In Festo Sancti Hilarii Episcopi & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. præter ea quæ hic sunt propria.

Antiphona. Sacerdos & Pontifex, & virtutum ôpifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dôminum. **V.** Amâvit eum Dôminus, & ornâvit eum. **R.** Stulam glôriæ induit eum.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: præsta quesumus; ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereâmur in cœlis. Per Dôminum nostrum.

Si hoc Festum venerit in Dominica, transferatur in primam diem non impeditam, & Commemoratur, cum li. Lectione S. Felicis fit in Dominica: quod & in similibus servatur.

Commemoratio S. Felicis Presbyteri & Martyris, Antiphona. Iste Sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiôrum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

R. Glôria & honore coronasti eum Dômine. **R.** Et constituisti eum super opera mânuum tuarum.

Oratio.

Concède, quesumus omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam Sanctôrum tuorum exémpla nos prôvovent; quatenus quorum sollemniam âgimus, etiam actus imitemur. Per Dôminum.

In Hymno ad Matutinum dicitur Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

In

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Hilarius in Aquitania nobili genere natus, doctrina & eloquentia excellit. Qui primum in matrimonio quasi monachi vitam egit: deinde propter singulares virtutes Pictavorum Episcopus creatur: quod munus Episcopale suscepit, ut à fidelibus summam laudem consequeretur. Quo tempore, cum terroribus, bonorum spoliatio, exilio, & omni crudelitate Constantius Imperator Catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent; Hilarius tamquam firmissimum murum se Arianis opponens, illorum furorē in se concitavit. Itaque multis petitis insidiis, tandem dolo Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus est: ubi & mortuum suscitavit, & libros duodecim scriptus de Trinitate contra Arianos.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & nihil iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Lectio v.

Quadrennio post coacto concilio ad Seleuciam Isauriae urbem, Hilarius adesse compellus est: ac deinde Constantinopolim profectus, ubi extremum fidei periculum animadverit, a tribus libellis publicis datis; audientiam Imperatoris poposcit, ut de fide cum adversariis coram disputaret. Verum cum Ursacius & Valens Ariani Episcopi, quos Hilarius scriptis confutarat, presentis eruditionem pertimescerent; Constantio persuaserunt, ut specie honoris eum in suum Episcopatum restituerent. Tunc Hilarium ē paelio hereticorum re-

vertentem, ut inquit Sanctus Hieronymus, Galliarum Ecclesia complexa est: quem ad Episcopatum secutus est Martinus, qui postea Turonensi praefuit Ecclesiae: tantumque illo doctore profecit, quantum eius postea sanctitas declaravit. **R.** Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Magna deinceps tranquillitate Pictavorum Ecclesiam administravit: Galliamque universam adduxit, ut Arianorum impietatem condemnaret. Multos libros scriptis mirā eruditione: quos omnes Sanctus Hieronymus ad Latam, sine ulla erroris suspitione legi posse testatur illis verbis: Hilarii libros in offēso decurrat pede. Migravit in caelum Idibus Januarii, Valentianus & Valente Imperatoribus, anno post Christum natum trecentesimo sexagesimo nono.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius replēta est: * Ipse in terredat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi. Comm. in Matth. can. 4. post initium.

Vos estis sal terrae: quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur. Sal, ut

Pro S. Felice Presbytero & martyre.

Lectio ix.

Felix Nolanus Presbyter, cum in idola vehementius inveheretur, ab infidelibus varie vexatus, in carcerem conjicitur. Unde ab Angelo nocte eductus, quære jussum est Maximianum Nola Episcopum: qui cum sēno confectus desperaret se ferre posse supplicia persequentium, se abiderat in sylvam. Quod cum Felix Deo duce pervenisset, sanctum Episcopum humi jacentem, penē mortuum videt: quem recreatum, ac sublatum in humeros, apud fidēlem viduam reficiendum curavit. Sed cum is iterum idolorum cultores impietatis argueret, factio in ipsum impetu, fugiens in angusto duorum parietum intervallo se occultavit. Qui aditus cum repente aranea-rum telis pertextus visus esset, nemini recentis latebræ suspitionem reliquit. Inde igitur evadens Felix, in ædibus pie mulieris tres menses latuit. Cum verò Dei Ecclesia requiescere cepisset, Nola rediens, multisque ibi vite exemplis, & doctrinae præceptis, miraculose ad Christi fidem conversis, constanter etiam recusato ejus urbis Episcopatu, obdormivit in Domino, sepultusque est prope Nola in loco, quem in Pincis appellabant.

Te Deum laudamus. 13.

Lectio viij.

Merito igitur sal terrae nuncupati sunt, per doctrinae virtutem salienti modo aternitati corpora reservantes. Sed natura salis semper eadem est, nec immutari unquam potest. Verum quia conversioni homo subjacet, & solus beatus, qui usque ad finem in omnibus Dei operibus permanserit; ideo eos sal terrae nuncupatos monet in traditæ sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant, & ipsi, sensu accepti saporis amisso, vivificare corrupta non possint, & projecti de Ecclesiae promptuariis, cum his quos salierint, pedibus incedentium proterantur.

R. In medio Ecclesiae aperuit os ejus, * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus. **V.** Judicium & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri, Et implevit.

Parti Hymenit.

Notandum quod si Festum S. Hilarii transferri congerit in aliam diem non habentem Lectionem propriam alicujus Sancti Simplicis, tunc ex duabus Lectionibus tertii Nocturni fiant tres hoc modo: Lect. vii. terminabitur per verba & ipsius salis natura monstrabit. Lectio. quæ erit viij. inchoabitur per verba Sal est in se uno, & terminabitur per verba aternitati corpora reservantes. Lectio vero ix. inchoabitur sic: Sed natura sales, &c. usque in finem: Sed

Rr

ideo

ideo in medio duarum prædicarum Lectionum ponitur signum rubrum pro Lectionibus dividendis.

In Laudibus fit Commemoratio S. Felicis Martyris, Aſia. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *v.* Justus, ut palma florebit. *r.* Sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Oratio.* Concede quæsumus, ut supra. 623.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

DIE XV. JANUARIJ.

In Festo Sancti Pauli primi Eremitæ. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif. Ixxij. præter sequentia. In Hymno. *Iste Confessor dicitur:* Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

Oratio. Deus, qui nos beati Pauli Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius, ut ejus natalitia cõlumus, etiam actiones imitemur. Per Dõminum nostrum.

Pro S. Hilario Aſia. Amavit eum Dõminus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum. *v.* Eliget eum Dõminus sacerdotem sibi. *r.* Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Oratio Deus, qui, ut supra. 623.

Delinde fit Commem. S. Mauri Abbat̃is, Aſia. Euge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dõmini tui. *v.* Justum deduxit Dõminus per vias rectas. *r.* Et ostendit illi regnum Dei.

Sed si Festum S. Pauli transferatur ob aliud Festum altioris ritus, non variantur Aſia. & *v.* sed dicuntur ut in eodem Communi.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dõmine, beati Mauri Abbatis commendat: ut quod nostris meritis non

valẽmus, ejus patrocinio assequamur. Per Dõminum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

PAULUS, Eremitarum auctor & magister, apud inferiorem Thebaidem natus, cum quindecim esset annorum orbatus paréntibus est. Qui postea declinandæ causâ persecutionis Decii & Valeriani, & Deo liberius inserviendi, in eremi speluncam se contulit: ubi, palmâ ei victum & vestitum præbente, vixit ad centesimum & decimum tertium annum: quo tempore ab Antõnio nonagenario Dei admoniti invisitur. Quibus inter se, cum antea non nossent, proprio nomine consulatantibus, & multa de regno Dei colloquentibus, corvus, qui antea semper Paulo dimidiatum panem attulerat, integrum detulit.

r. Honestum fecit illum Dõminus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductõribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. *v.* Justum deduxit Dõminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

LECTIO V.

Post corvi discessum, Eja, inquit Paulus, Dõminus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors. Sexaginta jam anni sunt, cum accipio quotidie dimidii pannis fragmentum, nunc ad adventum tuum militibus suis Christus duplicavit annonam. Quare cum gratiarum actione ad fontem capientes cibum, ubi tantisper recreati sunt, iterum gratis de more Deo actis, noctem in divinis laudibus consumpsérunt. Dilicula Paulus de morte, quæ sibi instaret, admonens Antonium, hortatur, ut pallium, quod ab Athanasio accepserat, ad involvendum suum corpus afferret. Quo ex

it-

itnere rediens ille, vidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum & Apostolorum cœtus Pauli animam in cœlum ascendere.

r. Amavit eum Dõminus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum. *v.* Induit eum Dõminus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad.

LECTIO VI.

Cumque ad ejus cellam pervenisset, invenit genibus complicatis, erectâ cervicè, extensis in altum manibus corpus exanimè, quod pallio obvolvens, hymnosque & psalmos ex Christiana traditione decantans, cum sarculim, quo terram foderet, non haberet, quo leones ex interiore eremo, rapido cursu ad beati senis corpus feruntur: ut facillè intelligeret, eos, quo modo poterant, ploratim edere: qui certatim terram pedibus effodientes, foveam, quæ hominem commodè caperet, effecerunt. Qui cum abissent, Antonius sanctum corpus in eum locum intulit: & injectâ humo, trimum ex Christiano more composuit: tunicam verò Pauli, quam in sporta modum ex palmæ foliis ille sibi contexerat, secum auferens, eo vestitu diebus solennibus Paschæ & Pentecostes, quoad vixit, usus est.

r. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingerere in requiem meam: * Quia tibi justum coram me ex omnibus gentibus. *v.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII.

Cap. 11. d.

In illo tempore: Respondens Jesus, dixit: Constitute tibi Pater, Dõmine cœli & terræ, quia abscondis-

ti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua. Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Sermone 10. de Verbis Dõmini.

Venite ad me omnes, qui laboratis. Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustari? Sed si angustiantur, vasa carnis, dilatentur spatia charitatis. Quid ergo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, nisi ut non laboretis? Denique promissio ejus in promptu est, quoniam laborantes vocavit. Quarent forte, quia mercede vocati sunt. Et ego vos, inquit, reficim. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia & invisibilia ergare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare: sed, quoniam misericors, & humilis corde.

r. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dõminum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *v.* Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinentes se ab omni opere malo, & permanentes in innocentia sua. Ipse intercedat.

LECTIO VIII.

Magnus esse vis? à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamentò prius cõgita humilitatis. Et quantum quisque vult, & disponit superimponere molem ædificii, tanto erit majus ædificium, tanto altius fudit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna consurgit: qui autem fudit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinem humilitari, & fastigium post humilitationem erigitur.

r. Sint lumbi vestri præcincti, & lu-

Rr 2

lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. * Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Pro Sancto Mauro Abbate.

Lectio ix.

MAurus nobiles Romanus, puer à patre Eutychio Deo sub Sancti Benedicti disciplina oblat, brevi tantum divinâ grâtiâ profecit, ut ipsi magistro admirationi esset: ut illum sæpè véluti regulâris observantiae & virtutum omnium specimen, ceteris discipulis ad imitandum proponebat. Cujus adhuc adolescentis, illud admirabilis obedientiae exemplum à Sancto Gregorio Papa commemoratur. Nam cum Placidus monachus in lacum prolapsus, aquarum impetu raperetur, sancti patris jussu accurrens Maurus, & super aquas incedens, socium capillis apprehensum, ad terram attraxit. Missus in Galliam ab eodem Sancto Benedicto, celebri Monasterio extracto, cui annos quadraginta profuit, monasticam disciplinam mirificè propagavit. Denique sanctitatis & miraculis clarus, septuagenario major migravit in cœlum, anno salutis quingentesimo sexagesimo quinto.

Te Deum laudamus. 13.

Si verò Festum S. Pauli contingat transferri in aliam diem non habentem Lectionem propriam alicujus S. Simplicis, dicitur sequens.

Lectio ix.

Quod est fastigium construende fabricæ, quam molitur? ad perventurum est cacumen edificii? Cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspiciere Deum. Qui desiderat, & quod dico, & quod audit, intelligit. Promittitur nobis cons-

pectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est videntem videre. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vident: sed eos vident, qui oculos habent, & non vident. Nobis autem promittitur visio Dei viventis, & vidētis.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commemor. Sancti Mauri Abbatis. *Añs.* Similabo eum viro sapiēti, qui ædificavit domum suam supra petram. * Amavit eum Dominus, & ornavit eum. * Stolam gloriæ induit eum.

Oratio. Intercésio nos, quæsumus, ut supra. 626.

In secundis Vesperis Commemoratio sequens.

DIE XVI. JANUARI.

In Festo S. Marcelli Papæ & Martyris. Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xxij. præter sequentia.

Añs. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. * Glória & honore coronasti eum Domine. * Et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus, Domine, clemēter exaudi: ut beati Marcelli Martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cujus passione letamur. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Marcellus Romanus à Constantiano & Galerio usque ad Maxentium Pontificatum gessit. Cujus hortatu Lucina matrona Romana, bonorum suorum Dei Ecclesiam fecit heredem. Vingtiquinque titulos in Urbe instituit, quasi dioceses quasdam, & ad

bu-

baptismum poenitentiamque eorum, qui ex infidelibus Christianam religionem suscipere, & ad Martyrum sepulturam. Quibus rebus iracundus Maxentius, Marcello gratia supplicia minatur, nisi deposito Pontificatu, idolis immolaret.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Qui cum insanis hominis voces negligeret, misit eum in catubulum, ut bestiarum, quæ publicè alebantur, curam sustineret. Ubi Marcellus assiduis jejunii & precibus novem menses vitam duxit; parochias, quas præsens non poterat, visitans per epistolas. Inde eripuit à clericis, hospitio recipitur à beata Lucina, in cujus ædibus Ecclesiam dedicavit, quæ hodiè titulo Sancti Marcelli nominatur: in qua & Christiani orabant, & ipse beatus Marcellus prædicabat.

R. Desiderium anime ejus tribuisti ei Domine, * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. * Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vj.

Quibus cognitis, Maxentius in eam Ecclesiam catubulum bestias transferri, & à Marcello custodiri jubet: ubi loci fœditate, multisque ærimis afflictus, ordormivit in Dómno. Cujus corpus in cœmeterio Priscille viâ Salariâ à beata Lucina sepultum est decimo septimo Kalendas Februarii. Sedit annos

quinque, mensem unum, dies viginti quinque. Scripsit epistolam ad Episcopos Antiochenæ provincie de Primatu Romanæ Ecclesie, quam caput Ecclesiarum appellandam demonstrat. Ubi etiam illud scriptum est, nullum Concilium jure celebrari, nisi ex auctoritate Romani Pontificis. Ordinavit mense Decembri Romæ Presbyteros viginti quinque, Diaconos novem, Episcopos per diversa loca viginti unum.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. * Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus: & aqua sapientie salutatis potavit illum. Et coronam. Glória Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno. Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Si quis vult post me venire, de Communi unius Martyris.

R. ix. Domine pravenisti. *Vespera* de S. Antonio Abbate Commem. precedentis.

DIE XVII. JANUARI.

In Festo Sancti Antonii Abbatis. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lxxij. præter sequentia.

Oratio.

Intercésio nos, quæsumus Domine, beati Antonii Abbatis commendat: ut quod nostris meritis non valémus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio Sancti Marcelli. *Añs.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. * V. Justus, ut palma florebit. * Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Preces pópuli, ut supra. 628.

Rr 3

In

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Antónius Ægyptus, nobilissimus & Christianis parentibus natus, quibus adolescens orbatus est, cum ingressus Ecclesiam ex Evangelio audivisset: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, que habes, & da pauperibus tanquam ea sibi dicta essent, sic Christo Domino obtemperandum existimavit. Itaque, vendit re familiaris, pecuniam omnem pauperibus distribuit. Quibus solitus impedimentis, celestis vite genus in terra colere instituit. Sed cum in periculo illud certamen descendere, ad fidei presidium, quo erat armatus, adhibendum sibi putavit subsidium reliquarum virtutum: quarum tanto studio incensus fuit, ut quemcumque videret aliquam virtutis laude excellentem, illum imitari studeret.

Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam.

Y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

LECTIO V.

Nihil igitur eo continentius, nihil vigilantius erat. Patientia, mansuetudine, misericordia, humilitate, labore, ac studio divinarum scripturarum superabat omnes. Ab hereticorum & schismaticorum hominum, maxime Arianorum, congressu & colloquio sic abhorrebat, ut ne prope quidem ad eos accedendum diceret. Humi jacebat, cum eum necessarius somnus occupasset. Jejunium autem adeo coluit, ut salem tantummodo ad panem adhiberet, sitim aqua extingueret: neque se ante solis occasum cibo, aut

potu recreabat, sæpe etiam biduum cibo abstinere: sæpissime in oratione pernoctabat. Cum talis, tantisque Dei miles evasisset Antonius, sanctissimum juvenem hostis humani generis variis tentationibus aggreditur, quas ille jejuniis & oratione vincere. Nec vero frequens de satana triumphus securum reddebat Antonium, qui diaboli innumerabiles artes nocendi noverat.

Y. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stotiam glorie induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum. **Y.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad.

LECTIO VI.

Itaque contulit se in vastissimam Ægypti solitudinem: ubi quotidie ad Christianam perfectionem proficiens, demones (quorum tantum erant acriores impetus, quanto Antonius ad resistendum fortior evaderebat) ita contempsit, ut illis exprobraret imbecillitatem, ac sæpe discipulos suos excitans ad pugnam contra diabolum, docensque quibus armis vinceretur: Mihi crede, dicebat, fratres, pertimescit satanas piorum vigiliis, orationes, jejunia, voluntariam paupertatem, misericordiam & humilitatem, maxime vero ardentem amorem in Christum Dominum, cujus unico sanctissimæ crucis signo debilitatus aufugit. Sic autem demonibus erat formidolosus, ut multi per Ægyptum ab illis agitati, invocato nomine Antonii liberarentur: tanteque erat ejus fama sanctitatis, ut per litteras se ejus orationibus Constantini Magnus & filii commendarent. Qui aliquando quintum & centesimum annum agens, cum innumerabiles sui instituti imitatores haberet, convocatis Monachis, & ad perfectam Christianæ vite regulam instructis, sanctitate & miraculis clarus

rus

rus migravit in cælum, decimo sexto Kalendas Februarii.

R. Iste homo perfecit omnia, que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam. **Y.** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **Y.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Contes. non Pont. lxxviii.

DIE XVII. JANUARI.

In Festo Cathedralis Sancti Petri, quæ Romæ primum sedet.

Duplex.

Ad Vesperas Antiphona.

Ecce sacerdos, cum reliq. de Laudibus. 635. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. & loco ultimi, Psalmus Laudate Dominum omnes Gentes. 104. Capitulum. Eccl. 44. c.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

Hymnus.

Quodcumque in orbe nexibus revinxeris, Erit revinctum, Petre, in arcem siderum:

Et quod resolvit hic potestas tradita,

Erit solutum cæli in alto vertice: In fine mundi judicabis sæculum.

Patri perenne sit per ævum gloria, Tibique laudes concinamus in celytas

Æternæ Nate, sit superne Spiritus Honor tibi decusque, sancta jugiter

Laudetur omne Trinitas per sæculum. Amen.

Y. Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi tradite sunt claves regni cælorum.

Oratio.

Deus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificum tradidisti: concede; ut intercessionis ejus auxilio, ad peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deinde fit Commemor. S. Pauli ante alias quascumque Commemorationes, etiam Festi Duplex, aut Dominica. Quod & servatur in Commemor. S. Petri, quæ fit in Festis Sancti Pauli. Antiphona. Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. **Y.** Tu es vas electionis, Sancte Pauli Apostole. **R.** Prædicator veritatis in universo mundo.

Oratio.

Deus, qui multitudinem Gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quesumus; ut ejus Commemorationem cõlimus, ejus apud te patrocinia sentiamus.

Postea fit Commem. S. Antonii Antiphona. Hic vir despiciens mundum & terræ, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu. **Y.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

Intercessio nos, quesumus Domine, beati Antonii Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur.

Postremo fit Commem. S. Priscæ Rr 4 Vir

Virginis & Mart: Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit in ætænum. **V.** Spécie tua, & pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procéde, & regna.

Oratio.

DA. quæsumus omnipotens Deus; ut qui beate Priscæ Virginis & Martyris tue natalitia cõlimus, & annua solemnitate lætæmur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum Invitorium.

Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum: Tibi tradidit Deus claves regni cœlorum. **Psalm.** Venite, exultemus. 1. Hymnus. Quodcumque ut supra in Vesperis.

In primo Nocturno Antiphona. Beatus vir, cum aliis Antiphonis, Psalmis, & Versiculis de Communi Confessoris Pontificis. 1x. Incipit Epistola prima beati Petri Apostoli.

Leçtio j.

Cap. 1.

PEtrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersis Pontii, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundum præsciëntiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Jesu Christi: Gratiã vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & Pater Dõmini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

R. Simon Petre, antequam de navi vocarem te, novi te, & super plebem meam principem te constitui. **R.** Et

claves regni cœlorum tradidi tibi. **V.** Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Et claves.

Leçtio ij.

IN quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) invenitur in laudem, & gloriam, & honorem in revelatione Jesu Christi: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes, creditis: credentes autem exultabitis lætitiã inenarrabili, & glorificatã: reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

R. Si diligis me, Simon Petre, pascere oves meas. Dõmine, tu nosti quia amo te. **R.** Et animam meam pono pro te. **V.** Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et animam.

Leçtio iij.

DE qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophætæ, qui de futura in vobis gratiã prophetaverunt: scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in quo, vel in Christo sunt passiones, & posteriores glorias: quibus revelatum est quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo, in quem desiderant Angeli prospicere.

V. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non prevalebunt adversus eam. **R.** Et tibi dabo claves regni cœlorum. **V.** Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.

cc.

cœlis. Et tibi dabo. Glória Patri. Et tibi.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Leonis Papæ. Serm. 1. de SS. Apost. Petro & Paulo, ante medium.

Leçtio iv.

CUm duodecim Apostoli, acceptã per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, inveniendū Evangelio mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissent; beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperii, ut lux veritatis, quæ in omnium Gentiū revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis homines in hac tunc Urbe non essent? aut que usquam Gentes ignorarent, quod Roma didicisset?

R. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi: Et ideo tibi traditæ sunt claves regni cœlorum. **V.** Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Et ideo.

Leçtio v.

Hic conculcandæ Philosophiæ opiniones, hic dissolvendæ erant terrænæ sapientiæ vanitates, hic confutandi demonum cultus, hic omnium sacrilegiorum impletas destruendã, ubi diligentissima superstitione habebatur collectum, quiquid usquam fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo Urbem tu beatissime Petre Apostole venire non metuis; & consorte gloriæ tuæ Paulo Apostolo, aliarum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato, silvam istam frementiūm bestiarum, & turbulentissimam profunditatis Oceanum, constantior,

quàm cum supra mare graderis, ingrederis.

R. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: **R.** Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. **V.** Caro & sanguis non revelavit tibi; sed Pater meus, qui est in cœlis. Et tu.

Leçtio vi.

JAm pópulos, qui ex circumscriptione crederant, erudieras: jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primùm Christiani nómínis dignitas est orta, fundaveras: jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam atque Bithyniam legibus Evangelicæ prædicationis impleveras: nec aut dubius de proleptu operis, aut de spatio tuæ ignarum rotas, trophæum crucis Christiani Romani arcibus inferebas, quò te divinis præordinationibus antebant & honor potestatis, & gloria passionis.

R. Petre amas me? Tu scis Dõmine, quia amo te. **R.** Pascere oves meas. **V.** Simon Joannis diligis me plus his? Tu scis Dõmine, quia amo te. P. P. Glória Patri. P. P.

In tertio Nocturno.

Leçtio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Leçtio vij.

Cap. 16. b

IN illo tempore: Venit Jesus in partes Cæsariæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Math. can. 16. post init.

DOmínus à discipulis requirit, quæta se homines esse dicent: & adjecit, hominis Filii um. Hæc enim confessiois tenenda ratio est, ut sicut Dei Filium, ita & Filium hominis meminerimus: quia alterum sine altero nihil spei trinituit

buit ad salutem. Editis itaque, quæ diuersæ de eo erant, hominum opinionibus, quid de eo ipsi sentiant, quaerit. Petrus respondit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Sed Petrus conditiones propositionis expenderit. Dominus enim dixerat: Quem me homines esse dicunt, Filium hominis? Et certe Filium hominis, contemplatio corporis praeferbat. Sed addendo, quem me esse dicunt: significavit, praeter id, quod in se videbatur, esse aliud sentiendum: erat enim hominis Filius. Quod igitur de se opinandi iudicium desiderabat? Non illud arbitrâmur, quod de se ipse confessus est: sed occultum erat, de quo quaerebatur, in quod se credentium fides debebat extendere.

Quem dicunt homines esse Filium hominis? dixit Jesus discipulis suis. Respondens Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in caelis. Et ego.

Lectio viij.

ET dignum planè confessio Petri præmium consecuta est; quia Dei Filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanum oculos intendisse, & vidisse laudatus est: non id, quod ex carne & sanguine erat, contuens, sed Dei Filium coelestis Patris revelatione conspicuens: dignusque iudicatus, qui quod in Christo Dei esset, primum agnosceret. O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiae fundamentum: dignaque aedificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolveret! O beatus caeli

janitor, cuius arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cuius terreste iudicium praedijcata auctoritas sit in caelo! ut quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant & in caelo.

Eliguit de Dominus sacerdotem sibi, ad sacrificandum ei * Hostiam laudis. **V.** Immola Deo sacrificium laudis, & reddet Altissimo vota tua. **Hóstiam.** Glória Patri. **Hóstiam.**

Si Festum Cathedræ celebretur in Dominica, nona Lectio legitur de Homilia Dominica, ommissa Lectione S. Prisca: quod & in similibus observetur.

Pro S. Prisca Virgine & Martyre.

Lectio ix.

PRISCA, nobilis virgo Romana, trédecim annos nata, Claudio Imperatore, Christianæ fidei accusata, ejusdem jussu ducta ad Apollinis templum, ut idolis immolaret, cum rem detestaretur, colaphis cæsa, in carcerem traditur: atque inde emissa, cum in fidei constantia perseveraret, affecta verbèribus, ferventique adipe delibuta, rursus in carcerem includitur. Post triduum in amphitheatrum producta, leóni obicitur: qui suæ feritatis oblitus, humiliter se ad ejus pedes abjicit. Quæ postea in ergástulo triduum inediam afflicta, in equúleo suspenditur, & unguis ferris excarnificata in rogam injicitur, unde etiam mirabiliter evasit incolumis. Denique extra Urbem capite absisso, virginitatis palmam martyrii coronâ cumulavit. Cujus corpus via Ostiensi, decimo ab Urbe milliario, à Christianis decimoquinto Kalendas Februarii sepellitur.

Te Deum laudamus. 13.

AD

AD LAUDES,
& per Horas Antiphons.

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus. **Psalm.** Dominus regnavit, cum reliquis, 14. **Afsa.** Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. **Afsa.** Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. **Afsa.** Sacerdotes Dei benedicite Dominum: servi Domini hymnum dicite Deo, alleluia. **Afsa.** Serve bonæ & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum.

Eccli. 44. c

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

Hymnus.

BEATE Pastor Petre, clemens accipe
Voces precantium, criminumque
vincula
Verbo resolve, cui potestas tradita
Aperire terris caelum, & apertum
claudere.
Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque jubilatio,
In Unitate quæ gubernat omnia,
Per universa aeternitatis saecula.
Amen.

V. Exaltem eum in Ecclesia plebis.
R. Et in cathedra seniorum laudent eum.

Ad Benedictus, Antiphons.

Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis: dicit Dominus Simóni Petro.

Oratio.

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni coelestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede; ut intercessionis ejus auxilio, à peccatorum

nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deinde fit Commemor. S. Pauli. **Antiphona.** Sancte Paule Apostole prædicator veritatis, & doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. **V.** Tu es vas electionis Sancte Paule Apostole. **R.** Prædicator veritatis in universo mundo.

Oratio.

DEUS, qui multitudine Gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quaesumus; ut ejus Commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus.

Postea S. Prisca. **Afsa.** Simile est regnum caelorum homini negotiâtori querenti bonas margaritas: inventâ una pretiosâ, dedit omnia sua, & comparavit eam. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus; ut qui beata Prisca Virginis & Martyris tuæ natalicia colimus, & annuâ solemnitate lætetur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Non est inventus. **Capitulum.** Ecce sacerdos magnus. 635.

R. br. Amavit eum Dominus, * Et ornâvit eum. Amavit. **V.** Stolam glorie induit eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amavit. **V.** Eliguit eum Dominus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Ad Sextam Antiphons.

Ideo jurejurando.

Capitulum.

Eccli. 44. c

NON est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi: ideo jurejurando fecit illum Dominum crescere in plebem suam.

R. br. Eliguit eum Dominus * Sacerdotem sibi. Eliguit. **V.** Ad sacri-

fi.

ficandum ei hóstiam laudis. Sacerdótem. Glória Patri. Elégit. **V.** Tu es sacerdos in aeternum. **R.** Secundum ordinem Melchisedech.

Ad Nonam, Antiphona.

Serve bone.

Capitulum.

Ecclesi. 45. c.

Fungi sacerdotio, & habere laudem in nómine ipsius, & offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

R. breve. Tu es sacerdos in aeternum. Tu es. **V.** Secundum ordinem Melchisedech. In aeternum. Glória Patri. Tu es. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas Antiphona. Ecce sacerdos magnus, cum reliquis de Laudib. 635. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domin. 100. & loco ultimi, Psalmus Meménto Domine David. 109.

Capitulum & Hymnus, ut supra in primis Vesperis. 631.

V. Elégit te Dóminus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hóstiam laudis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dum esset summus Póntifex terrèna non méuit, sed ad caeléstia regna glóriósus migrávit.

Oratio. Deus, qui beato Petro, ut supra.

Posteá fit Commemor. S. Pauli, ut supra in Laudibus. 635.

Deinde de sequenti, & de SS. Mario & Sociis, ut infra.

DIE XIX. JANUARIIL

SS. Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachum Martyrum.

Antiphona. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Latámini in Dómino & exultate iusti. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Exáudi Dómine pópulum tuum, cum Sanctórum tuórum patrocinio supplicátem; ut & temporális vitæ nos tribuas pace gaudere, & aetérnæ reparire subsidium. Per Dóminum nostrum.

Lectio iij.

Marius Persa, nóbili loco natus, cum Marthá cóniuge parí nobilitate, & duobus filiis, Audiface & Abachum, Romam venit, Claudio Imperatóre, ut Martiurum sepúlchra veneráret. Ibi Christianós in vincula cónfectos fovébat, & opéra ac facultátibus suis sustentábat, & Sanctórum cõpora sepeliébat. Quámobrem comprehénsi omnes, cum nec impiórum minis, nec terróre commoveréntur, ut diis sacrificárent; primùm fustibus debilitáti, deinde finibus attrácti, tum admóitis candéntibus láminis combósti, & unguis ferréis excarnificáti sunt. Postremó præcis má nibus, & ad colulum alligatis, ducti per médium Urbem, viá Corneliá ad tertium décium ab Urbe milliárium, in eum locum, qui Nymphæ dicebátur, necántur: ac primùm Marthá, quæ virum ac filios ad supplicia per Jesu Christi fide constánter perferénda, veheménter fuerat cohortáta: mox cæteris in eádem arenária cervicibus abscondúntur, eorúmque cõpora cóniiciúntur in ignem. Quæ semiústa, Felicitas matróna Romána nóbilis, colligénda, & in suo prædio sepeliénda curávit.

Te Deum laudámus. 13.

DIE XX. JANUARIIL

In Festo SS. Fabiani & Sebastiani Martyrum.

Duplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum xlvijj. præter ea quæ híc assignantur.

Oratio.

Oratio.

Infirmítatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actiõnis gravat, beatórum Mártiurum tuórum Fabiani & Sebastiani intercésio glóriósa nos próteget. Per Dóminum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Fabianus RománuS à Maximino usque ad Décium regens Ecclésiám, septem Diáconis regiõnes divisit, qui páuperum curam habérent. Totidem Subdiáconos creávit, qui res gestas Mártiurum à septem Notáriis scriptas colligérent. Idem statuit, ut quotánnis Fériá quintá in Cœna Dómini, vétere combústo, Chrisma renováretur. Dénique décimo tertio Kalèndas Februarii in persecutiõne Décii martyrio coronátus, in cõmetério Callisti viá Appiá sepelitur, cum sedisset annos quídecim, dies quatuor. Hic fecit Ordinatiõnes quinq; mense Decémbri, quibus creávit Presbyteros viginti duos, Diáconos septem, Episcopos per diversa loca undécim.

R. Sancti tui Dómine mirábile consecuti sunt iter, serviétes præceptis tuis, ut inveniréntur illasi in aquis válidis: Terra apparuit árida: & in Mari rubro via sine impediméto. **V.** Quóniam percússit petram, & fluxerunt aquæ, & torréntes inundáverunt. Terra.

Lectio v.

Sebastianus ex patre Narbonénsi, matre Mediolanénsi natus, ob géneris nobilitatem & virtutem Diocletiano charus fuit: in tẽpore erit respectus illórum: quorum fidem clam colébat, opéra, & facultatibus adjuvabat: & per eis tormentórum vim reformidare

videbántur, cohortatiõne sic confirmábat, ut pro Jesu Christo multi se ultró tortóribus offerrent. In illis fuere Marcus & Marcellianus fratres, qui Romæ in custodiá erant apud Nicóstratum, cujus uxor Zoë, vocem, quam amiserat, Sebastiani oratiõne recuperávit. Quibus Diocletiano delátis, Sebastianum accersit, & veheméntius objurgatum, ómnibus artificiis à Christi fide cõnátur avértete. Sed cum nihil nec pollicéndo, nec terréndo proficeret, ad palum alligátum sagittis cõfigi jubet.

R. Verbera carnificum non timérunr Sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine: Ut harédes fierent in domo Dómini. **V.** Tradidit corpóra sua propter Deum ad supplicia. Ut harédes.

Lectio vi.

Quem ómnium opiniõne mórtuum, noctu sancta mólner Irene sepeliénda grátia jussit auferri: sed vivum repertum, domi suæ curávit. Itaque pauló post confirmátá valetudine, Diocletiano óbviam factus, ejus impietatem libéris accusávit. Cujus aspectu cum ille primùm obstupisset, quòd mórtuum créderet; rei novítate, & acri Sebastiani reprehensiõne excandéscens, eum tamdiu virgis cædi imperávit, donec animam Deo rēderet. Ejus corpus in cloacám dejectum, Lucina à Sebastiano in somnis admónita, ubi esset, & quo loco humári vellet, ad Cæcimbias sepelivit, ubi Sancti Sebastiani nómine célebris Ecclésiá est ædificáta.

R. Tanquam aurum in fornacé probávit electos Dóminus, & quasi holocásti hóstiam accepit illos: & in tẽpore erit respectus illórum: Quoniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fidèles in di-

dilectione acquiescent illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno legitur Homilia Sancti Ambrosii Episcopi in Evangelium Descendens Jesus de monte, de Comuni plurimorum Martyrum Iviij.

In secundis Vesperis à Capitulo fit de S. Agnete.

DIE XXI. JANUARIJ.

In Festo Sanctæ Agnetis Virginis & Martyris.

Duplex.

Quando hoc Festum transferatur in aliam diem, ad Vesperas Antiphona Ingressa Agnes, cum reliquis de Laudib. 642. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. & loco ultimi, Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes. 104.

Capitulum.

Eccli. 51.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum salvatorem meum: confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus.

Jesu, corona Virginum, Quem Mater illa concepit, Quae sola virgo parturit, Haec vota clemens accipe.

Qui pergis inter lilia, Septus choréis virginum, Sponsus decorus gloriæ, Sponsisque reddens præmia. Quocumque tendis, Virgines Sequuntur, atque laudibus Post te canentes cursitant, Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices, Nostris ut addas sensibus, Nescire prorsus omnia Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paraclito, In sæculorum sæcula.

Ps. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intènde, prospère procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata Agnes in medio flammarum expansis manibus orabat: Te deprecor omnipotens, adorande, colènde, Pater metuende, quia per sanctum Filium tuum evasi minas sacrilegi tyranni, & carnis spurcitas immaculato calle transivi: & ecce venio ad te, quem amavi, quem quasi, quem semper optavi.

Oratio.

Omnipotens sempitèrne Deus, qui infima mundi eligis, ut fòrtia quæque confundas: concede propitius; ut qui beate Agnetis Virginis & Martyris tuæ solemnia cõlinimus, ejus apud te patrocinia sentiámus. Per Dõminum.

Deinde pro Commemor. SS. Martyrum Fabiani & Sebastiani, Antiphona. Gaudent in cõlis animæ Sanctõrum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideò cum Christo exultant sine fine.

Ps. Exultabunt Sancti in glória.

R. Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio. Infirmatènem nostram,

ut supra in primis Vesperis. 639.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Virginum Dõminum, • Venite, adorémus. **Psalm.** Venite, exultémus. **i. Hymnus.** Virginis Proles, de Comuni Virg. lxxvij.

In primo Nocturno, Antiphona.

Discède à me pabulum mortis, quia jam ab illo amatore præventa sum. **Psalmus.** Beatus vir, utia Comuni unius Martyris. xxiv.

Añs. Dèxteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis, trãdidit auribus meis inestimabiles margaritas. **Psal.** Quare fremuerunt Gentes. xxiv. **Añs.** Posuit signum in faciem meam, ut nihil prater eum

eum amatorem admittam. **Psalmus.** Dõmine, quid multiplicati. xxv.

Ps. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ.

R. Intènde, prospère procéde, & regna. **Lectiões primi Nocturni.**

Confitebor tibi Dõmine, de Comuni Virginum & Martyrum. xxv.

R. i. Diem festum sacratissime virginis celebrémus, qualiter passa sit beata Agnes ad memoriã revocémus, tertidõcimo etatis suæ anno mortem perdidit, & vitam invenit: **Ps.** Quia solum vite dilexit auctorem. **Ps.** Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. Quia.

R. ij. Dèxteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis, trãdidit auribus meis inestimabiles margaritas: **Ps.** Et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. **Ps.** Posuit signum in faciem meam, ut nullum prater eum amatorem admittam. Et circumdedit.

R. iij. Amo Christum, in cuius thalamum introibo, cujus mater virgo est, cujus pater foeminam nescit, cujus mihi organa modulatis vóclibus cantant: **Ps.** Quem cum amavero, casta sum: cum tetigero, munda sum: cum accipero, virgo sum. **Ps.** Annulo fidei suæ subarrhavit me, & immensis mollibus ornavit me. Quem. Glória Patri. Quem.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Induit me Dõminus cyclade auro textã, & immensis mollibus ornavit me. **Psalmus.** Cum invocarem. xxvj. **Añs.** Mel & lac ex ejus ore suscepti, & sanguis ejus ornavit genas meas. **Psalmus.** Verba mea auribus percipe. xxvj.

Añs. Ipsi soli servo fidem, ipsi me totã devotiõne commito. **Psalmus.** Dõmine Dõminus noster. xxvij. **Ps.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **Ps.** Deus in medio ejus, non commovèbitur.

Ex libro Sancti Ambrosii Episcopi de Virginiibus.

Lib. i. post initium.

Lectio iv.

Hodiè natalis est virginis, in tegratènem sequámur. Natalis est martyrís, hostias immolémus. Natalis Sanctæ Agnetis, mirèntur viri, non desperènt parvuli, stipeant nuptæ, imitèntur inuuptæ. Sed quid dignum eã loqui pòssumus, cujus ne nomen quidem vácuum laudis est? Devotiõ supra etatem, virtus supra natúram: ut mihi videátur non hómínis habuisse nomen, sed oraculum martyrís, quod indicavít quid esset futúra. Nomen virginis, titulus est pudòris. Appellábo martyrèm: prædicávi satis. Prolixa laudatiõ est, quæ non queritur, sed tenètur. Nemo est laudabilior, quàm qui ab ómnibus laudári potest. Quot hómínes, tot præcõnes, qui martyrem prædicant, dum loquúntur.

R. Induit me Dõminus vestimèto salutis, & indimèto lætitiæ circumdedit me: • Et tamquam sponsam decoravít me coronã. **Ps.** Trãdidit auribus meis inestimabiles margaritas, circumdedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis. Et tamquam. **Benedictio.** Christus perpétue.

Lectio v.

Hæc trãdecim annõrum martyrium fecisse traditur. Quò detestabilior crudelitãs, quæ nec minuscula pepercit etati: immò magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimónium invenit etati. Fuitne in illo corpúculo vulneri locus? Et quæ non habuit quò ferrum reciperet, habuit quò ferrum vinceret. Hæc inter cruentas carnificum impavida manus, hæc stridentium gravibus immobilis trãctibus cate-